









1689.

1<sup>a</sup> <sup>b</sup> Hartung, Ioh. Christophorus: De jurisdictione consistoriali.  
2<sup>a</sup> Sancit. 1689 - 1725.

2. Lauterbach, Iohannes: De originibus linguae Germanicae

3. Lynckerus, Mr. Christophorus: De presentatione  
sacra ipsius

4<sup>a</sup> <sup>b</sup> Lynckerus, Nicolaus Christophorus: De superioritate sacra.  
2 Sancit. 1735 - 1738.

5. Lynckerus, Nicolaus Christophorus: De familiis nobis:  
item splendor

6. Lynckerus, Nicolaus Christophorus: Cattatio processus judicii  
provincialis statutici cum processu iuris communis  
et familiis.

7<sup>a</sup> <sup>b</sup> Lynckerus, Mr. Christophorus: De generibus abibus.  
2 Sancit. 1689 - 1777.

8<sup>a</sup> <sup>b</sup> Lynckerus, Mr. Christophorus: De successore fandi.

9. Lynckerus, Mr. Christophorus: De sumpfibus.

10. Lynckerus, Mr. Christophorus: De accessione fluviali.

11<sup>a</sup> <sup>b</sup> Lynckerus, Mr. Christophorus: De causis iudicium  
Comitiale fundatibus

4689.

11. Maileffort, Christoph Northeus: *De decimis laborum in terris protestantium*

12. Muellerus, Petrus: *Anathemis pars ex heretis transacta vel non.*

13.<sup>a</sup>, b Muellerus, Petrus: *De constituto possessorio.*  
? Saecpl. 1708 - 1728

14<sup>b, c</sup> Muellerus, Petrus: *De iure agnatum. ? Saecpl.*  
1689 - 1729.

15. Muellerus, Petrus: *De instanti mortis hora.*

16.<sup>a, b</sup> Muellerus, Petrus: *De quinquennio studi juriis.*  
? Saecpl. 1689 - 1714.

17.<sup>a, b, c</sup> Muellerus, Petrus: *De obligacione sub infamia Regi Schleswicellen.* ? Saecpl. 1705, 1712, 1784.

18. Muellerus, Petrus: *De probacione filiationis*



J

J

D

H

DISSE<sup>T</sup>RAT<sup>I</sup>O IN AVGVRALIS  
DE  
**GANERBINATIBVS,**  
VVLGO:  
**Don San = Grbschafften,**  
QVAM  
S V B P R A E S I D I O  
**DN. NIC. CHRISTOPHORI**  
**LYNCKERI,**

ICTI IENENSIS CONSUMMATISSIMI,  
NEC NON POSTEA S. R. I. EQVITIS, ET S. C. MAIEST.  
A CONSILIIS IN AVLA IMPERIALI,  
DIE XXVI. AVGVSTI ANNO CLO IO C LXXXIX.

PRO LICENTIA  
SVMMOS IN VITROQE IVRE HONORES DOCTORALIA  
MORE MAIORVM CAPESSENDI,  
PVBLICAE SVBMISIT DISQVISITIONI  
**ERHARDVS WILHELMVS Himmel,**  
IENENSIS.



EDITIO III.

IENAE,  
LITTERIS IO. BERNH. HELLERI, 1747.





I. N. D. N. I. C.

**D**issertationem banc Inauguralem respi-  
ciendo creatoris nostri omnipotentis di-  
rectionem, certissima in Patronos mihē  
observandissimos spe, quod bunc qualem cunque au-  
sum magnanimitate sibi alias quoque solita & jam  
protecturi sint, elaboravi, Jacobum VVernberum  
Kyllingerum, tractatu suo de Ganerbiis Castrorum  
scripto, Autorem secutus, dum questiones ab illo mo-  
tas tetigi eo, quo in Dissertatione licet, modo.

I.

**Q**uod attinet Etymologiam vocabuli Gan-  
erbii, & hinc derivati voc. Ganerbinatus,  
illud origine Germanicum & inde com-  
positum est, hic, leposita multis faria ho-  
monymia, de qua late Kylling. Discurs. i. denotat

A 2

idem

idem ac Dominos communes, gemeinte Herren ;  
 Idque ex natura vocabulorum simplicium, & qui-  
 dem i. gahit, veteribus gemeint : de quo VVebe-  
 rus sub Rubr. gemeine Gan-Erbett, Kylling. Disc. i.  
 §. 28. Et 2. vocab. Erbett, quod regulariter qui-  
 dem successores in universum Jus, denotat, l. 62 ff.  
 d. R. J. interdum tamen etiam Dominos Rerum  
 suarum, pro Hærede enim gerere est pro Domino  
 gerere, veteres enim hæredes pro Dominis appel-  
 labant. §. fin. J. de Her. qual. & Diff. cui adstipula-  
 tur & idem Kylling. Disc. i. §. 41. dicens : olim Vo-  
 cabula Erb & Erbett, proprie & peculiariter usur-  
 pata fuerunt pro Possessoribus Rerum Immobili-  
 um. Et in superiori Germania, Erbassen von  
 und zu N. se dicunt Dominos Arcis, Castris aut  
 prædiis cuiusdam, etiam non attento utrum univer-  
 sali an singulari titulo tales facti sint. Et VVebe-  
 rus sub voc. Erblich. Hoc verbum Erblich potest et  
 iam interpretari Proprietarie, quod ab usu Ger-  
 man. lingvæ non abhorret, ut : Erblich, pro Ei-  
 genthümlich ; Nec Saxon. inusitatum, qui Res  
 immobiles proprias, Erbe, appellant : sic Erb-  
 Herr, quasi Eigenthümis-Herr, verus & directus  
 Dominus ; Hincque vocabulum compositum  
 Gan-Erbett indicare Con-Dominos Rerum Im-  
 mobili-

mobilium, non dubito. Quod eo magis eluce-  
scet ex Ganerbinatum Origine, cum enim quon-  
dam Inimicitias denunciare, easdemque armis fi-  
nire soliti sint etiam destituti omni Majestate, da  
das Faust und Kolbenrecht im Schwang gieinge,  
de quo VVechn. sub voc. befehdhen, & inde intecura  
redderentur Itinera ac Domicilia. Alii virtuti po-  
rius operam dantes, confecerunt sibi artes munitas  
in quibus cum Familiis suis ac pretiosis Rebus, ab  
ejusmodi Invasionibus tuti essent, certasque leges  
præsertim Defensionis sibi constituerunt, *Carpz.*  
*Pract. Crim. P. 1. quæst. 35. §. 4. & 5. Rittershus.*  
*partit. Feudal. l. 1. c. 17. §. 2. VVechn. sub vocab. gan-*  
*Erben c. 2.* Cum igitur nomina tanquam ligna  
regulariter à Rebus quibus imponuntur tanquam  
signatis certissimam Interpretationem nanciscan-  
tur, ii autem qui Con Domini certorum Immo-  
bilium fuerunt, dicti sint *ganErben*; Hinc patet  
origine proprietate & usu loquendi Ganerbios di-  
ci Dominos Immobilium, communionem eorum  
habentium titulo vel hereditario vel alio quocun-  
que. Id quod confirmatur *Recess. Imper. zu Aug-*  
*spurg de anno 1500. sub titulo: wider der Gan-Er-*  
*ben Schloß. Ord. de pac. publ. VVormat. de anno*  
*1521. eod. tit. Jure Sax. Burgmann heist die Gan-*

Erben und Edelleute, so vor Alters unter einem Burg-Herren auf einer Burg gewohnt haben. Et alibi: Burg-Lehen heißt solche Lehen, da ihrer viel Edelleute oder Gan-Erben, wie man sie nennet, in einer Burg oder Schloß zusammen haben Lehns- und Lehns-Recht. Carpzov. pr. Rer. Crim. p. 1. q. 35. §. 6. it. Reform. Civit. Francof. p. 2. it. 5. §. 1. & 2. Wäre es, daß viele eine Behausung oder aneinander liegendes Guth mit einander als Gan-Erben in Gemeinschaft hätten, v. Kyll. D. 1. §. 43.

II. Quantum ad Equivocationem, negandum non videtur, posse omnino Ganerbios seu Ganerbinatum idem denotare ac pactum Confraternitatis aut Majoratus, si voluntate contrahentium aliae qualitates Pacto non inseruntur, quam moribus Confraternitates aut Majoratus amictos esse cernimus. Si tamen respicio Ganerbinatum ratione Naturalium pro tempore Originis, & quantum progressu temporis potissimum eo inclinatus remansit, differt. 1. Causa effic. Cum, quamvis Ganerbinatus saepius initus sit à Personis Illustribus, utpote à quibus Finis infra positus optimè ob majorem potentiam & opulentiam eorum obtineri possit; Nihilominus tamen eundem etiam

\* ) 7 ( \*

iam privatos, destitutos qualitate ejusmodi illu-  
stri, sub confirmatione Principis inire posse non  
dubito: Confraternitates autem, non nisi in Fa-  
miliis Ducum, Principum, Comitum, & cetero-  
rum Illustrium, Jurisdictione tali instructorum, ut  
Jus condendi leges habeant, à Majestate Cæsarea  
confirmari solent. *Gail. l. 2. observ. 126. §. 1.* 2.  
Causa Finali, licet minus & aliquatenus tantum,  
cum primaria species Ganerbinatus, principaliter  
securitatis, cui ac familiæ defensionis gratia, ad co-  
hibendos latrones inita sit. *Carpzov. Pr. Crim. P.*  
*1. quest. 39. VVebr. sub voc. Gail-Erbell cap. 2.*  
Confraternitates autem principaliter mutuae suc-  
cessionis gratia ad pacem tranquillitatem & splen-  
dorem Imperii conservandum, ad defensionem  
subditorum quorum interest, ne alienis & ignotis  
Dominis subjiciantur, receptæ sint. *Gail. l. 2. obs.*  
*127. §. 2. 8.* Utque sereno concordiæ vinculo al-  
tera Domus alteri nexa sit, ac leiant, qua fide qua  
dexteritate altera Domus, alterius subditos in ex-  
pressum eventum regere actuari debeat. *Reink. de*  
*Reg. S. & E. l. 1. cl. 4. c. 18. n. 17.* 3. Modo consti-  
tuendi, cum, Ganerbinatu introducto, Domini-  
um & vera possessio per communionem transfe-  
ratur: Confraternitatibus autem tantum possessio  
ficta

ficta per constitutum : Reink. R.S. & E.l.i.cl.4.c.  
18. §. 12. & Investituram simultaneam protit de e-  
jusmodi, in Exemplo Marchionum Brandenb. &  
Ducum Pomer., licet unilateralis tantum successio-  
nis confraternitatum, ratione Ducatus Pomeran.,  
testatur David. Chytraeus Chron. Sax. lib. 12. p.m.  
315. De Bilaterali autem Carpzov. ad L. Reg. c. 6.  
sect. 7. Inter Duces Bavariae & Principes Palati-  
nos, it. inter Duces Sax. & Principes Comites Hen-  
neberg. ratione Henneberg. & respective Coburg.  
it. inter Domum Sax. & Landgravios Hassiae &  
plures alias ibidem remissive. 4. Effectu ratione  
Exercitii, quod Ganerbinatu constituto statim u-  
terque Jus suum secundum naturam communio-  
nis exercere ipso aetu possit, nec in suspenso sit.  
In Confraternitatibus autem post extinctionem  
demum alterius Familiae utpote in quem casum  
contracte sunt Reink. l.i.cl.4.cap.18. §. 11. Gail. lib.  
2. obs. 127.

III. Unde quoque patet facillime, quomo-  
do à Majoratu differat ; utpote quo, inter perso-  
nas tantummodo unius Familiae, cum Senioris  
prærogatiya derivanda post hujus mortem ad pro-  
xime hunc ætatem excipientem, quid certi pacisci-  
mur Klock. P.i. cons. 7. per tot.

IV. His

IV. His præmissis proximus Essentiam  
Ganerbinatus ejusdemque Definitionem inspicia-  
mus, quæ hæc sit: SOCIETAS CASTRI AVT  
ALIORVM IMMOBILIVM, ORIGINALL-  
TER SECVRITATIS, POST ALTERIVS  
QVOQVE LEGITIMI FINIS GRATIA, CER-  
TIS LEGIBVS A CONFOEDERANTIBVS  
INITA, A SVPERIORE CONFIRMATA.  
Cumque cujusvis Definitionis Naturam ratione  
ejus quod sit clara, Ex notioribus natura, Recipro-  
cabilis cum suo Definito &c. exprimat optime Ge-  
nus & Differentia specifica, hinc loco Generis po-  
sui SOCIETATEM, quæ hic est; Communio  
Jurium sui objecti, animo operas aut alia inde  
consequentia communicandi Jure Confraternita-  
tis: Idque exhaustit Naturam Generis proximi in  
speciebus sub se contentis; estque iis prius natura,  
latius, æqualiter competens ac ita qualificatum  
prout Natura Generis postulat. Differentia Spe-  
cifica desumitur ab Objecto externo, à Forma, &  
fine formali de quibus singulis suo loco. Adjici-  
tur autem Definitioni etiam Proprium Ganerbi-  
natus & quidem Secundi modi, quod consistit in  
confirmatione Superioris; Cum enim hæc Con-  
ceptum Ganerbinatus primum non reddat, sed se-

B

cun-

cundarium tantum, necessarium tamen ad id, ut  
nomen Ganerbinatus veri ac moraliter subsistentis,  
mereatur; hinc proprii loco stet. Quamvis au-  
tem hoc propr. videatur definitioni minus compte  
inseri, utpote cuius Indolem supra dixi esse; RE-  
CIPROCARI POSSE CVM SVO DEFINI-  
TO. Et praterid, omne tanquam abundans o-  
mitti debere; Abundans autem Definitioni omne  
dicatur; quo sublato sufficenter explicatur Rei  
Essentia ex iis quæ remanent, sed CONFIRMA-  
TIONEM Essentialie Ganerbinatus non esse con-  
fitear, eo ipso dum eam à conceptu primo exclus-  
rim: Resp. tamen Definita, quæ certas includunt  
Circumstantias, sine illis non esse definienda: cum  
igitur confirmationem ad id ut Ganerbinatus subsi-  
stat necessariam esse infra ostendam, hincque qua-  
litas illa Tolerabilitatis ac Subsistentiæ legalis, in  
Ganerbinatu, circumstantiam notabilem, non so-  
lum Juris quo justa ab injustis discernuntur, sed &  
(Fictione juris) Facti, importet, cum omnis con-  
ventio contra leges inita, non solum pro inutili,  
sed & plane infecta habeatur per L. s. C. de LL. &  
constit. princip. Hinc merito Definitioni adjicien-  
dum est.

V. Ratione cause efficientis queritur: Quis  
Gan-

\* ) ii ( \*

Ganerbinatum inire possit? Et distingvendum est  
inter Ganerbinatum CASTRI (quod hic accipi-  
tur pro Universitate Societatum simplicium loci  
muniti) & aliorum Immobilium. Quod Ganer-  
binat. Castrum attinet hunc inire potest vel MAIE-  
STAS liberrime in suo Territorio. Cum enim  
ea sit summa ubique Potestas, cuius Aetas infirma-  
ri nequeunt, soluta omnibus legibus etiam Naturae  
& Gentium quoad vim coactivam in ordine ad  
subditos suos, jus Belli & per consequens Arman-  
diarium & Fortalitiorum sit de Regalibus, quæ os-  
sibus Majestatis inseparabiliter inhærente dicuntur  
& pars totius potestativi; hinc, absque omni con-  
troversia vi potestatis omnimodæ, licitum ipsi est,  
ratione Castrum extruendi quam exstructi insi-  
mulque totius Regionis Societatem inire: Sique  
Territorium servile sit, hocque jure regatur, indis-  
ferenter; Sin autem civile, patrimoniale tamen  
sit, ratione Juris Majestatici & Regalium tantum,  
sin vero civile & extra patrimonium sit, non nisi  
vi Dominii Supereminenter fiat, necesse est. Et  
sic Regem Galliae & Hispaniae, ratione Regni Nea-  
politani aliquem Ganerbinatum coluisse ait Kyl-  
ling. Disc. 1. §. 60. Cum autem Imperatores no-  
stri Romani hodie Statuum Jura ita firmarint, ut

B 2

nec

nec à se, nec ullo alio turbari possint unquam *Pa-*  
*cif. Osnabr. Cæf. Svec. art. 8.* Patet Imperatorem  
 proprio motu & vi Reservatorum Regalium abs-  
 que Ordinum Consensu Castrum nec exstruere,  
 & in eo Ganerbinatum inire posse, id quod & ex-  
 pressis verbis Invictissimus noster Imperator Leo-  
 poldus *Capitulat. art. 13.* in specie de Castris pro-  
 mittit §. Jedoch sollen und wollen wir, &c. Nec  
 ratione Castris in Territoriis Statuum jam exstrudi  
 eundem celebrare posse: Quia enim Ganerb. im-  
 portat non solum Communionem & translatio-  
 nem Juris Dominici in Castro, Imperatorem au-  
 tem Jura Statuum Territorialia ac Dominica au-  
 ferre non posse patet non solum ex manifesta Na-  
 tura Juris Domini in Vasallos ac Feuda eorum,  
 Principis in Subditos & eorum Bona, sed & in  
 specie ex plurimis Capitulation, Imperatorum  
 præsertim *art. 3.* Verum etiam importat Ganer-  
 bin. præter illam, confœderationem aliquam:  
 Hanc autem se sine consensu Statuum non inituros  
 promiserunt undiqueque Imperatores, prælertim  
 Ferdinandus III. art. 7. cum seq. proindeque sine  
 consensu Statuum & præsertim Domini Territori-  
 alis, de cuius præjudicio maxime agitur, hoc casu  
 fieri non posse, certo certius est. VEL PRIVA-  
 TI

TI IN REPUBLICA CONSTITVTI ; Eos non, nisi specialiter privilegiati sint, castra ædificare nequidem posse, credo ; quia Rempublicam citius quam Rebellionibus deprædationibus & Inobedientia subditorum, ex Indole pravitatis humanae facillime eo inclinantur, non destrui, manifestum est ; qualem Ansam Castra subditis egrae suppeditare, & sine iis vel non dari vel non durare credendum. Hinc, cum salus populi suprema lex sit, ratio Imperii manifesta dictat, privatis interdicendam esse omnem Armandiarum ac Fortalitiorum speciem, Jura & connexa, cumque iis Respubl. non solum contra hostes ab extra, sed & Tumultuationes intrinsecas tuendo regatur, jure ad Reservata Principum ac Regalia, quemadmodum Jus armandiarum & muniendi, appositio Militum & reliqua Jura Bellica, ita etiam castra ædificandi jus relatum est. Hincque Romanis usitatum fuisse muros civitatum destruere, ne deficiant ; Anglos, Moscovitas omnesque Orientis & Africæ Gentes ne fossa quidem aut vallo munitas Rusticis Domos concedere refert Kyll. Disc. 4. §. 20. Jura quoque nostra interdicunt Municipali- um muros exstruere l. 6. ff. de Oper. publ. eosdem reficere l. 9. §. 4. ff. de rerum Divisj. Qu. QVAN-

TVM AVTEM AD SVBDITOS CASTRA  
 IAM HABENTES : AN RATIONE EO-  
 RVM ETIAM EIVSMODI GANERBINA-  
 TVM INIRE QVEANT, QVAMVIS MI-  
 NVS DVBIVM VIDEATVR, tum, quia castro  
 concessu, etiam defensio quoqumodo, &  
 per eam securitatem (utpote cuius causa principa-  
 liter exstructum est) sibi acquirendi concessa vide-  
 atur ; Tum quod confœderationem legitima in-  
 tentione ac defensionis gratia à generali interdicto  
 Confœderationum tot. tit. ff. de Colleg. excludi di-  
 catur arg. l. i. C. unde vi. Mynsing. cent. 6. O. 2. ad-  
 eo ut nec confirmatione quidem indigeant, si cum  
 Klock. loquerer, P. i. conf. 7. §. 1121. &c. Tum  
 denique quod communionem aut societatem Ju-  
 re Dominii ac regulari licere, concedendum sit.  
 Proindeque nec juri communi, nec paci publicæ  
 contrariari, nec Judicio Camerali quoque disipli-  
 cere potuisse colligationem ejusmodi, probet  
 Mysf. C. 6. O. 2. Nihilominus tamen cum con-  
 fœderationem Bellicam sapiat ejusmodi Ganerbina-  
 natus, ut supra dictum, hinc, VEL SPECIALE  
 PRIVILEGIVM REQVIRI CREDO ; utpote  
 quod lex specialis dicitur l. 2. C. de LL. & constit.  
 PP. Et quia Fœdera in hoc genere inire ad Re-  
 galia,

galia, utpote quibus Rempubl. non minus quam  
 ferro tuerit Majestas, refertur *Struv. Synt. J. F. c.*  
 6. apb. 19. *Jus Belli & foederum pari passu ambu-*  
*lare dicitur Reink. de R. S. & E. l. 2. cl. 3. c. 3. §. 21.*  
*Jus Belli autem utpote sub quo motus, discrimen,*  
*actalus Reip. totius in summo gradu versatur, sub-*  
*iectis merito ademptum est; Cum enim confœ-*  
*derationem, promissionem mutui auxilii adversus*  
*hostes vel alios oppressores definit Klock. P. 1.*  
*conf. 37. §. 105.* Et vix aliud (si extra casum defen-  
 sionis in continenti ad recuperandum spolium  
 consideratur, de quo infra,) quam connexum Juris  
 Bellici esse queat, utpote quorum intuitu Bellum  
 à principalibus litigantibus interdum suscipitur,  
 tollitur, in Confœderatos, antea Non-Hostes in-  
 ducitur; merito ex hac hypothesi ei tantum com-  
 petat necesse est, cui *Jus Belli*. Cumque præterea  
 cetera Ganerb. Naturalia utpote protectio & de-  
 fensio aliorum, regulariter tanquam Nota Supe-  
 rioritatis principi competant, nec consequenter a-  
 ctus notabilis & solemnis ad hunc finem tendens,  
 celebrandus sit, id quod tamen confœderatione  
 fit, ideo & *Jus* hocce eo magis ad Regalia referen-  
 dum erit. VEL MINIMVM EIVS CONFIR-  
 MATIONEM EX SPECIFICA FORMA  
 CVM

CVM CLAVSULA EX CERTA SCIEN-  
TIA, necessariam esse dicendum erit ; Hac enim  
cum defectus personæ, formæ, solemnitatum & a-  
lli Juris Civilis suppleantur, prout passim Dd. &  
Bald. in l. fin. ff. de Testam. Tut. adeoque per eam si  
actus nullus est confirmetur, præter naturam con-  
firmationum novi aliquid detur, ad hoc, ut actus  
potius valeat quam pereat accipienda sit, proin-  
deque non confirmatum sed confirmans attenda-  
tur Gail. l. 2. O. 1. §. 16. 17. concedendum videtur  
in nostro casu, quo, defectus tantum in persona,  
inhabili ad confederationem & agenda ea quæ  
Principi reservata sunt, consistit ; & inde nullus  
reditur ex defectu Juris Civilis, confirmationem  
eiusmodi specificam ad corroborandum & requiri,  
& sufficere. Et talem confirmationem hoc ca-  
su necessariam fuisse, patet in exemplo castri Gan-  
erbici, in Hassia, dicti das Busecker-Thal, ex  
confirmatione Imperatoria infra allegata sub lit.  
A. quam ex singulari gratia Magnif. Dn. Præsidis,  
Præceptoris mihi observandi, quo allegare pos-  
sem, accepi. Hinc & Reink. cum Kylling. Disc. 15:  
§. 14. & seqq. infringunt generalitatem Mynsingeri  
& Klock. asserentium : quod confederationes,  
defensionis causa sub generali interdicto confœde-  
rationum

rationum tot. tit. ff. de Coll. non comprehendantur;  
 directo contrarium statuentes; Omnia nempe  
 Subditorum foedera etiam in nostro Imperio  
 Rom. invito superiore esse illicita, idque ex gene-  
 rali interdicto l. penult. §. 1. ff. de Colleg. Et §. con-  
 venticula. cap. un. F. de pac. tenend. Int. Subdit. Cap.  
 15. A. Aullæ Cap. Leop. art. 9. Et quamvis Ordin-  
 nat. Cam. p. 2. tit. 9. §. 9. Soiemanniæ xc. Spoliatis  
 Defensionem ac prosecutionem etiam antequam  
 Declaratio fractæ pacis facta sit, collectis amico-  
 rum viribus permittat, & hoc ipsum etiam Con-  
 stitutionibus de fracta pace publica in specie novis-  
 sima Ratispon. anno 1576. consentaneum sit. Gail. de  
 pac. publ. l. 1. c. 1. & 16. Loquuntur tamen de col-  
 ligatione ejusmodi, quæ defensionis causa in con-  
 tinenti sit, qualis Colligatio autem nomen veri fœ-  
 deris plane non meretur; Cum enim spoliati seu  
 dejecti amici respicientes læsi injuriam, lædentisque  
 atrocitatem invasionis, tantum accedant principa-  
 li, ac viribus adjectis absque notabilis confœdera-  
 tionis ac diuturnæ assistentia ex hac conventione  
 oriundæ intentione, cooperentur tantum ad spolii  
 recuperationem Jure communi licitam, quæ im-  
 petrata ab omni obligatione uterque rursus ipso ju-  
 re liberatus est, sequitur quod Naturam fœderis

C

non

non adæquet. Et posito etiam quod verum fœdus sit, exinde tamen generalem concessionem confœderationum à privatis & mediatis non esse trahendam, patet ex ipso textu Camerali hoc modo : Quod si tantum confœderatio ad recuperandum spolium licita est, lequitur quod confœderatio alia non liceat. Quale argumentum contrariorum in Jure pro firmissimo semper habetur, nisi vel expressa lex vel sana ratio obstat, prout passim Dd. Et illustratur quoque exemplo internecionis hominum, ex moderamine inculpatæ tutelæ, quod, quemadmodum aggresso licet se defendere & occidere aggressorem in continentि, ex post facto autem non conceditur, ita & ad recuperandas res, spoliati cum amicis le statim confœdere possunt, extra hunc casum vero non licet. Porro quamvis Tx supra citatos prohibitorios, *l.* penult. ff. de Colleg. & cap. de pac. tenend. alii restrinquent ad confœderationes quæ prava intentione tantum fiunt, nec generalitatem prohibitionis confœderationum inde concedant ; aliud tamen probat causa Impulsiva legislatorum, utpote unde Interpretatio Legum Doctrinalis sumenda est, quæ apud eosdem fuit; Ne sub prætextu ejusmodi conventionum improbi quid machinarentur subdit, prout ex *Livio* & *Suetonio* probat *Vvesenb.*

*Para-*

*Paratitl. de Coll. & C.* Et inde deducta præsumtio  
 Juris, quod omnia collegia & Confœderationes  
 specialiter non confirmatae, malæ intentionis cau-  
 sa factæ præsumantur & hinc prohibitæ sint. Idem-  
 que privilegium aut specialis confirmatio conjun-  
 cta cum consensu Domini in Feudalibus castris eo  
 magis necessaria videntur, quo magis omnis aliena-  
 tio aut constitutio Juris in feudo, invito Domi-  
 no fieri prohibetur; Cum enim, ut sæpe dictum,  
 Ganerbinatus communionem etiam castri indu-  
 cat, qua pro parte Dominium, transfertur, cum  
 Res communis dicatur unius cuiusque propria esse  
 pro parte, *i.e. C. de comm. serv. manum.* & inter-  
 dum successionem; Domino autem invito vi Do-  
 minii directi, deficiente successore à primo investi-  
 to legitime descendente Feudum rursus accedere,  
 ipsique invito extraneum successorem obtrudi  
 non posse, pateat ex natura conventionis & inve-  
 stituræ Feudalis, notissima omnibus; Manifestum  
 hinc redditur, Dominos castrorum propria auto-  
 ritate sese ganerbinare non posse.

VI. AN AVTEM STATVS IMPERII  
 ET COETERI IMMEDIATI EX DECRE-  
 TO IMPERIALI PER PLVRIMORVM VO-  
 TA OB PVBLICAM VTILITATEM OBLI-  
 GATI

**GATI SINT, CONCEDERE, CASTRVM IN**  
**SVO TERRITORIO ERIGI, ET RATIONE**  
**EIVS GANERBINATVM INIRI?** aliquid tan-  
 tum dubii exinde habet, quod i. plurimi immedia-  
 ti territoria Jure Feudi & Dominii utilis posside-  
 ant. Hincque præter servitia amplius nihil præsta-  
 re videantur. *Struv. Synt. J. Fend. cap. 11. aph. 5.* &  
*eius §. 1. 13. & seqq.* 2. Quia singuli status quo que  
 acceperunt cum jure territoriali ac regalibus, in  
 specie cum potestate (quamvis aliquatenus restri-  
 cta) bellica, & consequenter castra ædificandi per  
 tot. Recess. & constitutiones Imperij cum qualita-  
 te non turbatos iri, ita ut etiam præsente Imperato-  
 re, nihilominus Dominus Territorialis Jura Su-  
 perioritatis in Territorio exerceat solus, dicit *A-*  
*rumæus Disc. J. Publ. 9.* quæ omnia toties renova-  
 ta, & Status in iis confirmati, tam generaliter *Pac.*  
*Osnabr. Cæf. Svec. art. 8. in princ.* quam specialiter  
*Capitul. Leop. art. 13.* ratione Juris ædificandi his  
 verbis : *Jedoch sollen und wollen wir &c.* Et  
 denique 3. quia id quod spectat ad universos tan-  
 quam singulos, ab omnibus debet approbari, ita  
 ut pluralitas votorum hic suspensa videatur ; His  
 tamen aliisque non obstantibus, affirmativa ve-  
 rior videtur, cum hac tamen limitatione, deducta

ex

ex originali civitatis foedere coœuntiumque voluntate, ut in quantum fieri possit, Domini Territorialis Ies salvum maneat, ac de publico relarciatur si quod inde damnum habet. Quia i. quivis Status considerati ut singuli subditi dicuntur Imperatori & Imperio, mixte quidem tales, secundum plerosque, ceu participantes de Majestate, idque non solum ratione Personæ, quod patere dicunt ex Form. Juram. dem Röm. Keyser und Reich treue, hold und gehorsam zu seyn. Ex Conſtit. Imp. de anno 1521. tit. 3. und allen andern unsern und des Reichs Unterthanen. Ex Recepſ. Imp. de anno 1567. §. 16. Daraus dann gehorsame Fürſten und Stände des H. Röm. Reichs. Sed & ratione eorum Bona Immediata iub & in Imperio habentium, tanquam accessorii personæ, utpote quorum ratione quoque ſolvunt collectas Imperii Receff. I. zu Augſburg de anno 1548. §. 66. Wiewohl auch. qualis ſolutio ſi superiori fit, indicium immediatae ſubjectionis certissime importat, cum non niſi subditis imponantur intuitu tamen Rerum I. reſcripto §. fin. ff. de Munen. & Honor. prout id ulterius probant. Reink. de R. S. & E. l. 1. & 5. c. 4. §. 116. & ſeqq. Gail. l. 2. obs. 52. §. 10. num. 3. Præter hæc ſive ſtatuum Imperium noſtrum eſt monar-

chicum, sed Aristocratice tantum gubernari, seu Aristocratiam sed monarchice administrari, sive Rempublicam mixtam prævalente Monarchia, manet tamen Respubl., quo autem posito ponitur ordo inter Imperantes & ita Majestatem, apud quemcunque tandem resideat, & parentes tanquam subditos, quos hic non possunt non representare quivis Status Imperii ut singuli & alii tam immediati quam mediati; cum igitur subditi sint, qualicunque etiam Jure gaudeant, Imperium tamen & Dominium supereminens Territorii intuitu, recognoscere simul tenentur, cuius hæc vis, ut ex voluntate foederis civitatem constituentium originali, ipsorum Dominia & Jura utilitate publica exigente, restringi & plane auferri possint, proindeque tanquam minus tolerare coguntur ædificium aut castrum suis fundis imponi. Et quamvis Status Territoriale superioritatem ac Regalia omnimodo, simulque Jus belligandi & ei annexa acceperint, ita ut non turbari in iis possint, illa tamen dependenter acceperunt ita ut concedens nihilominus retinuerit sibi Jus ac potestatem superiorem. Ut hinc quivis Status licet respectu sua rum provinciarum ac Territoriorum analogam Majestatem habeat, respectu tamen ipsius Imperii

Impe

Imperatoris subjectus, Struv. Synt. F. c. 6. aphor.

13. Ut adeo Imperator & Imperium, absolutam & supra leges civiles constitutam potestatem habeat, vi cuius, quod Reip. utile non est, omnia Iura, Statuta, Privilegia & Pacta ex plenitudine potestatis tollit, prout ex Receff. Imp. Aug. de anno 1551. §. Ulid nachdem &c. & passim apparet. Quia 2. autoritate Pacificat. Osnabr. Cef. Svec. ejusque vi, per modum conventionis obligante, singuli Status se suaque Jura Decretis Imperii submiserunt, eidemque potestatem ut in suo Territorio nomine publico aedificetur, expresse concesserunt, art. 8. §. Gaudeant, sub vocab. NISI. Quia particula NISI praecedente enunciatione negativa aliquid ponere affirmare & permittere docet Dynus in cap. peccatum de R. J. & usus loquendi: Nec etiam 3. ejusmodi castri exstructio spectat ad Status tanquam singulos, sed potius ad eos tanquam corpus & universitatem. Cum enim Status conjuncto Imperatore corpus totum salutis communis causa conjunctam repräsentent, proindeque quod utilitatem illam tanquam Finem stringit vel promovendo, vel impediendo totum corpus quoque tangat necesse est, quia id tangit quod totius corporis est.

## VII. Quod

VII. Quod autem GANERB. ALIORVM  
IMMOBILIVM attinet, credendum videtur, o-  
mnes etiam privatos, destitutos Jurisdictione, Gan-  
erbinatum constituere posse; Cum enim hoc ca-  
su Personæ ejusmodi aut familiæ, destitutæ muni-  
to loco, alius intentionis causa quam in castro fieri  
solet, se consociasse certum sit, e. gr. Habitationis,  
successionis, aut alterius adjumenti Jure vel com-  
muni non liciti, vel pluribus ut pluribus, (conne-  
xis vinculo à conventione dependente,) commu-  
nis ceu quod, salva Ganerbinatus qualitate fieri  
quoque potest, hocque casu regale Armandiarum,  
Juris bellici, aut protectionis, non tetigisse dicen-  
dum sit, stat sententia, quosvis eundem inire pos-  
se; Idque ex ordinario Jure Dominico & sociali-  
tatis, quam in civitate exercere licet, modo i. si re-  
cognoscunt Dominum Feudi, ejus consensu fiat,  
propter introductam communionem & interdum  
successionem personæ sub prima Investitura non  
comprehensa; sin autem Dominum Territorii,  
ejusdem confirmatione, quamvis simplici tantum,  
propter confoederationem, fiat. Prout & ejus-  
modi confirmationem ad hunc fere modum ex  
confirmatione infra allegata sub Lit. A. etiam in  
Nobilibus Imperii immediatis Ganerbinatus des  
Bll-

Buseckerthals observata esse, patet sub verbis :  
 Und haben darum. It. Es soll auch. Sique 2. e.  
 g. ad Ganerbinatum quid ipsis certi à superiore ra-  
 tione vel Nativitatis vel alius qualitatis præscri-  
 ptum fit, id ipsum legitime antequam in eundem  
 recipientur (cum affirmanti & se fundanti in qual-  
 itate incumbat probatio) doceant. Prout etiam  
 in Nobb. immediatis Imperii Ganerbinatus des  
 Buseckerthals necessarium fuisse, videre licet ex  
 legitimatione Nativitatis generosæ testimoniali  
 derer von Buseck An. 1680. lit. B. & C. quas æque  
 à Magnif. Dn. Præside legendas accepi. Et, si suc-  
 cess. causa ineatur 3. non tam nude paciscantur de  
 succedendo, quam mediante stipulatione permo-  
 dum actus inter vivos convenient, per ea quæ  
*Gail. l. 2. O. 126. §. 6.*

VIII. Objectum Ganerb. sunt Immobilia,  
 utpote in quæ causa operatur, ac Finem per legiti-  
 ma media ingerat, eaque non solum allodialia sed  
 & Feudalia ; Cum enim Naturæ Ganerbinatus ra-  
 tione nec communionis, confederationis, ejus-  
 demque Finis qualiscunque quicquam insit, quod  
 Dominio vel directo vel utili, obligationi Fidelita-  
 tis Feudalis reciprocæ, servitiis præstandis, aut aliis  
 consecutivis vel naturalibus Feudorum, obster,

D

Gan-

Ganerb, autem Jure humanæ consociationis subsistat, nemo dixerit, ratione Feudorum Ganerbina-  
tum celebrari non posse. Sunt autem Bona Gan-  
erbica, e. g. Castra, Oppida, Pagi, Villæ, Prædia,  
Domus, quòrum enumerationem v. infra in Fine.

IX. In Mobb. quæ immobilium naturam  
civiliter loquendo induunt, idem dicendum vide-  
tur, cum eodem sensu civili ab immobilibus sepa-  
rari nequeant, vel ob naturam e. gr. adhærentia &  
affixa, vel ob destinationem hominum, dum ea-  
dem rei instruendæ, utque ibi perpetui usus causa  
maneant, destinata sunt, e. g. in castro Tormenta  
Bellica. Hæc, quemadmodum salva substantia  
uterque iis utitur, communionem diuturnam ac  
simultaneum usum sano sensu recipiunt, in eo  
quod inserviant & accedant Immobilibus, simul-  
taneum usum recipientibus, alias quoque contra  
essentiam Feudi nihilominus Feudalia reddi adeo-  
que Naturam Immobilium induere docemut ; In  
similibus quoque casibus semper Immobilibus an-  
numerentur, nec denique Naturæ Ganerbinatus  
contrarium quid in iis reperiatur, hinc eadem ob-  
jectum Ganerbinatus commode statui posse  
credo.

X. Quod incorporalia attinet, utpote quæ  
ex

ex Majoris J Ctorum partis sententia speciem, peculiarem à Mobilibus & Immobilibus regulariter reddunt, v. Berlich, remissive pag. 3. conclus. 33. & non nisi necessitate urgente ad alterutram sub ea distinctione referuntur, quod si Immobilibus vel adhærent, e. g. servitutes, Jurisdictiones aut ad ea, directa sint, e. g. R. vend. pro Immobilibus habentur, si vero ad Res mobiles e. g. Condiictio certi, ceu mobilia æstimentur. An casu eveniente quo plures Ganerbinatum OMNIVM OMNINO BONORVM INEVNT, Incorporalia quoque sub hac formula OMNIVM OMNINO BONORVM comprehendantur, quæritur? & tunc opinor, quod si Incorporalia tales societatem recipiant, quam Immobilia Ganerbinatum recipere solent, etiam de his, hoc contractu, ceu bonæ fidei, Ganerbinatum introductum esse, cæteris incorporalibus, quae ad Mobilia destinata sunt, exclusis; Quapropter Con-Domini, qui communem Jurisdictionem in eodem loco exercent, rectissime Ganerbii dici possunt & solent. v. Kylling. Disc. 8. Et ejusdem exemplum infra in fine.

XI. De horum object. e. g. Castrī natura, igitur, ad quam plurimas controversias inde dependentes decidendas, quaer. An sint individua

D 2  
& con-

& consequenter pluribus Dominorum concurren-  
tibus, cuivis in solidum concessa? Jamque rem  
vendo ante omnia aequivocationem vocabuli  
**INDIVIDVVM** describo: Quod non nisi totum  
prodest, & cujus partes separatae, vel corpore, vel  
Intellectu, usus Rei sufficientis non sunt. Et quod  
**Castrum** Ganerbinatus Individuum sit, ac conse-  
quenter cuivis in solidum concessum, probo I. à  
Natura Objecti VEL extra Casum Defensionis a-  
ctualis considerati, quod ut plurimum commode  
ac sine damno, ob qualitatem situs naturalis & o-  
perum Defensionalium se mutuo respicientium,  
dividi nequeat, quales in Jure nostro pro Indivi-  
duis habentur. *arg. L. 3. C. comm. divid.* VEL ad  
casum actualis Defensionis considerati: cum enim  
ad Defensionem & per eam securitatem, tanquam  
Finem ultimum, obtinendam, pars Castrum non suf-  
ficiat, altera parte vel carente vel indefensa relicta,  
utpote cum hostis invadens castrum quacunque  
parte vellet, una parte occupata, alteram quoque,  
& ita totum, vel occupasse, vel Impedimento ope-  
ri exstructi, ad Castrum regulariter ordinati, ulti-  
mum non obstante, facile occupare posse sciamus.  
Hinc non nisi totum Castrum ad actum Defensio-  
nis sufficientis prodest, & consequenter dividi non  
potest.

potest. Unde pr. ulterius & 2. Ab usu Castri indi-  
 viduo, qui fluit ex finis intermedii natura ipsa, De-  
 fensione nempe tanquam Individuo, utpote quæ,  
 quia in Facto consistit, & ideo non solum secun-  
 dum Facti Indolem essentialē, quocunque mo-  
 do etiam consideres (i. e. tam natura quam Jure,) Individuum  
 quid est; Cum impossibile sit pro  
 parte agere & non agere, defendere & non defen-  
 dere, hincque nec cogitari nec intelligi pars ejus-  
 modi facti possit; sed etiam quia ratione cuiusvis  
 ex pluribus defendantibus, Effectum Individuum  
 operatur, propterea, & hinc Individuum usum  
 quoque monstrat. Consistit autem Effectus In-  
 dividuus in eo: Quod tota castri Terra plene &  
 non pro parte à singulis defendi dicatur, & quivis  
 incolarum plene & non pro parte defendatur:  
 Quamvis enim unus non quovis loco castri stet,  
 repellendo ramen Hostem, totum invasionis effe-  
 ctum, qui est occupatio etiam partis, & per eam  
 totius castri, plene & non pro parte avertit, & ita  
 totum castrum ac singulos incolas plene defendit.  
 Quæ qualitas individuitatis insuper ex eo quod De-  
 fensioni contradictione oppositum, & est: NON  
 DEFENSIO, ceu quorum in Jure contraria est dif-  
 ferentia specific. & natura, patet. Quemadmo-

dum enim unus non defendens, totum plene non defendisse, dicitur, ita & defendens totum plene defendere dicendus est: Cum igitur usum castri, per se consideratum, individuum esse ex ita dictis pateat, sequitur certissime, quod & ipsum castrum individuum sit. *arg. l. 17. ff. de servit.* Ex qua individualitatis natura hinc fluit, Castrum cuivis Con-Dominorum in solidum competere, *arg. l. 2. §. 2. ff. de verb. oblig.* non eo sensu, quod quivis, totam Rem tenendo suumque Jus exercendo, alteri nihil relinquat, sed hoc, ut suum Jus tenendo, alteri nihil tamen adimat. Nec ab usurei, cum ex defendantibus neuter minus utatur ipsa re, quam alter; *arg. l. 5. §. fin. ff. commod.* Nec a suo Jure, ceu ita disposito, ut licet rebus ita pro indiviso possessis, nullius Con-Domini pars certa sit, sed uniuscujusvis pro indiviso per totam rem communem dispersa, singuli tamen Con-Dominorum jus habent in re tota, & ita pro indiviso plene possident, prout in rebus individualibus est receptum. *l. 5. ff. de stipul. serv.* Hinc sequitur, quod ejusmodi Domini tanquam Correi vel obligent sibi alios, vel aliis obligentur. *d. l. 5. §. fin. ff. commod.* adeoque in Feudis castrorum, quivis servitia in solidum præstandi obligatus sit: *2. Feud. si plures sint Dom.* 77. si Con-Domini

Domini in communione manere nolunt, divisioni  
locus non sit *arg. l. 26. §. fin. ff. de leg. 1.* sed licitan-  
dum sit, utpote quæ licitatio optimum Discordia-  
rum remedium suppeditat, de qua passim & *l. i. C.  
Comm. div.* Altero Con-Dominorum deficien-  
te, alteri ad crescat, *de quo infrath. 14.*

XII. Quod Jurisdictiones Ganerbicas atti-  
net, an individuae sint? Et illas æque ac magis no-  
tabiliter individuorum Naturam habere, & cuivis  
in solidum competere credo, Dd. in eo licet ad-  
modum discrepantibus: Quantum enim ad Juris-  
dictiones ipsi castro Ganerbico inhærentes & una  
cum ipso transeuntes; Eæ præter rationes supra  
allegatas eo magis individuae probantur, quia Na-  
turam accessoriæ induunt, adeoque principalis Na-  
turam sequendo, individuae pariter & ex hac quo-  
que ratione erunt. Reliquas itidem, & personæ  
adhærentes pariter individuas esse mihi persualum  
est. Et quidem utraque dicitur individua, non  
quidem ratione utentium, quasi unitantum, non  
pluribus simul competere possit, (*ita enim nulla  
servitus nec realis nec personalis individua esset*) nec  
ratione commoditatis & perceptionis fructuum,  
quasi multæ ceu fructus jurisdictionum inter plu-  
res dividi non possent (*ab his enim tanquam effectu  
per*

*per accidentali à parte effectus, naturam rei colligere non licet.)* Nec ratione causarum seu objecti, in quibus decidendis occupata est aut etiam loci ; quasi namque ut unus ex Con-Dominis Jurisdictionem in causa civili , alter in causa criminali , itidem unus in hoc regionis districtu , alter in alio eandem exerceant , inter se convenire non possent ; Hæc enim fieri , praxis quotidiana testatur ; sed ita , ut ipsa Natura Jurisdictionis intrinseca , & per se , & ratione exercitii individua sit tam natura quam jure , hoc sensu , quod si Jurisdictione concedenda sit , non possit pro parte , nec nisi tota alicui concedi aut non concedi , & cuius partes separatim consideratae nullius usus sunt : Præter id enim , quod Jurisdictione tanquam Jus , Res incorporalis sit , adeoque Indivisibilis physice & naturaliter (ut pote quæ tangi non potest ,) habeatur ; probatur & que exinde Individualitas , quia usus ejus omnimodo est individualis , ita ut nec cogitari nec intelligi ejus pars possit , qualia autem individua esse supra dixi per l. 17. ff. de servit . Ejusque usum individualium esse , ceu per se subsistentem in jure dicendo , probatur ulterius ex usu individuo omnium Actuum Jurisdictionis , ceu in mero facto consistentium ; Cum impossibile sit exercere actum Jurisdictione

ctionalem pro parte, seu sit Jurisdictionis voluntaria, ut: adoptare, emancipare, actis insinuare. Seu contentiosæ, ut: sententiarum, eandemque exequi, e.g. decollare, sed vel plane non, vel plene fieri debet; quodcumque autem dicitur de speciebus omnibus materialiter sub se contentis & eorum actibus, illud certissime de Jurisdictione tanquam Genere, complectente, Naturam Individutatis nihilominus retinente, quoque dicitur. Quo posito sequitur, illam, pluribus concessam, cuivis in solidum competere, in quo & omnes Dd. convenire dicit Kyll. D. 8. §. 56. remissive. Et pluribus Dominis Feudalis Jurisdictionis, neutrum aliquid in ejus præjudicium tertio concedere. arg. l. 34. in princ. ff. de servit. præd. rust. aut eandem, Feudo communi acquirere posse, nisi socio contentiente l. 4. §. 3. ff. si serv. vind. Si Dominus territorii, Jurisdictionem territorio stipulatus est, & partem (non quid pro diviso & certa parte physica, prout in l. 6. ff. de serv. Sed pro indiviso & partibus intellectualibus tantum, e.g. unam, tertiam partem territorii) postea alienaverit, totam corrumpi stipulationem arg. l. 17. ff. de serv. Et ita promissarium liberari. Uno ex Con-Dominis territorii communis, mortuo, quemvis ejusdem Hæredum

E

in

in solidum pro tota Jurisdictione agere, & respe-  
ctive conveniri l. 2. §. 2 affl. de verb. oblig. Depen-  
dere ab hoc & hanc controversiam; Quomodo  
concesso pluribus castro cum Jurisdictione, eadem  
in dubio exerceri debeat, an ab omnibus conju-  
nitim, an vero à quovis seorsim, ita ut præventio lo-  
cum habeat? Dicit Kylling. Disc. 8. §. 60. & alii Dd.  
ibi citati.

XIII. Ex his fluere videtur quod Kyll. ulte-  
rius mover D. 8. §. 108. Quod si fratres sint, ad  
quos pervenit Jurisdictione ætate dispare, an majori  
natu soli, cedat administratio? it. an eidem cu-  
stodia clavum & sigilla castrorum concedenda  
sint? D. 10. §. 2. 3. Quamvis enim Majoratus præ-  
rogativam, quam A. B. & quam plurimi Illustres  
ac Potentissimæ Familiaæ stabiliverunt, utpote inde  
nata, ne divisione corruptantur Regna & Fa-  
miliae dispergantur, Klock. P. 1. cons. 7. §. 49. suis  
vigor relinquendus sit, præsertim cum, quamvis  
ipsa Natura Jurisdictionis & Juris, salva maneat  
apud quemvis in solidum, administratio tamen &  
Exercitium ceu ab ipsa Jurisdictione distinctam  
quid, apud unum, eumque majorem natu esse pos-  
sit, prout Jure & Exempl. docet Reink. d. R. S. & E.  
l. 1. ch. 4. c. 17. §. 17. & seqq. Eo tamen calu quo,  
eo

eo non introducto, ad plures disparis ætatis, vel  
conventione, vel successione, territoria ac jura illi-  
minate perveniunt, tunc ex præsumta voluntate  
contrahentium, & respective morientis, qui æqua-  
liter sanguinem ejusque Jura omnia tribuit, præ-  
primis cum successio Bonorum regulariter in lo-  
cum alimentorum ac quod ipsis comparatur, suc-  
cedat; & defunctus statu & dignitate Paribus, æ-  
qualibus alimentis prospicere velle præsumatur;  
Videtur, quod ob Jus quæstum, cuivis ita compe-  
tens, ut nemini nequidem à superiore regulariter  
aufferri possit, neutri eorum quid decedere possit.  
Cumque præterea qualitas Individuitatis & Juris  
in solidum competentis, accedit, cuius natura est,  
ut alter nec magis nec minus altero, eodem, uti  
debeat, arg. l. s. §. fin. ff. commod. neutri præroga-  
tivam esse concedendam eo magis patet, sed ratio-  
ne Judiciorum, vel officialis utrumque Con-Do-  
minorum æqualiter recognoscens, vel commune  
judicium, germ. Ein Gan-Erbten-Gericht, quod  
ab utroque Con-Dominorum exercetur, consti-  
tui potest Kyll. D. §. 108. Et ad quæst. quidnam  
quoad sigilla, claves &c, faciendum sit, Resp. Ea  
vel locum tenenti seu Castellano, germ. Burg-  
voigt, tradi Kyll. D. §. vel in communi loco custo-

diri posse, non absurdum esse; Idque ex natura  
 accessorii & consequentis quod, quomodo prin-  
 cipale administretur, ita & ejusdem Media seu In-  
 strumenta merito tractanda sint: Interim si quid  
 dubii restaret, ex Consilio Baldi duos Fratres re-  
 ciprocam Fidem mutuo Jurejurando sibi invicem  
 promittere, consultum esse, dicit Kylling. D. 10. 26.  
 XIV. Denique & dispiciamus quid de hoc  
 casu statuendum: Quo plures Ganerbinatum su-  
 um ejusmodi Individuum allodialem, simum cum  
 Jurisdictione, eidem tunc temporis inharente, in  
 Feudum converterunt, retento utili directum Do-  
 minium transtulerunt, & seipso ut vasallos alteri  
 constituerunt: An alterutro Convassallorum sine  
 successoribus Feudalibus mortuo, ejus Jus seu pars  
 Domini cedat, an vero Convassallus excluso Do-  
 mino Iure accrescendi accipiat, & dein solus libe-  
 re, jure feudali tamen fruiatur? Et quavis reguli  
 riter mortuo vasallo etiam ex pluribus in communi-  
 ni possidentibus sine consanguineis sub Investitura  
 prima comprehensis, redeat ejus pars ad Domi-  
 nū arg. §. 3. J. de Uſufi. Juncto §. 2. Cum vero  
 De his qui Feud. d. p. Nec jus accrescendi ullibi  
 præter in ultimis voluntatibus & calu singulari l.  
 un. C. si liberalitat. Imperialis, attendi dicat Carp-  
 200.

20v. P. 3. c. 2. D. 16. In contractibus autem, ne  
 quidem & Donationibus, unquam. *Idem Decis.*  
 134. §. 10. & segg. adeoque nec in constituendis  
 Feudis, quia Feud. contractibus adnumeratur, *Jul.*  
*Clar. l. 4. §. Feudum. quest. 77. in pr. Klock. P. 2.*  
*conf. 15. §. 8. 9.* His tamen non obstantibus con-  
 vasallo, excluso Domino Feud. nihilominus omne  
 jus accrescere, eosque de nostro casu non loqui,  
 opinor; Cum enim jus accrescendi, aut si cum  
 quibusdam loqui liceret: Non decrescendi, di-  
 catur Potestas legitima, retinenda vel nanciscenda  
 partis conjuncti, qui vel non concurret, vel desit  
 concurrere, nihil inhärere videtur, quod accretio-  
 ni obstat, utpote cum sola conjunctio fundamen-  
 tum juris accrescendi dicatur, *Carpzov. P. 3. c. 2.*  
 D. 1. §. 5. Quæ conjunctio tamen, posito, quod  
 in ultima voluntate ex mente defuncti, plures con-  
 jungentis, latissime interpretanda, inducatur; In  
 successione ab intestato tamen, cum & hic jus ac-  
 crescendi attendatur, *l. 9. ff. de suis & legit. Hered.*  
 nec tamen voluntas defuncti expressa adsit, sequi-  
 tur, quod, non tam ex Voluntate defuncti, quam  
 ex Conjunctione Legali, ipsam Naturam Rei in-  
 dividuæ plurium succendentium ab intestato, respi-  
 ciente, ac ita fundamentum accretionis in Indivi-

duitate pōnente, inducatur, cum in successione  
 Hæreditatis nemo possit pro parte testatus & inte-  
 status decedere l. 7 ff. de R. J. Idque quia Hære-  
 ditas non potest pro diviso possideri l. 8. ff. de R. J.  
 Id quod & nostro casui optime applicari potest,  
 cum ex supra deductis pateat, ejusmodi Ganerbi-  
 natus cum Jurisdictione, Individuos esse. Qua-  
 propter & Curt. Jun. P. 2. quæst. 7. Dub. 3. §. 80. p.  
 m. 219. cum multis aliis, limitat priorem Reg. quod  
 nempe in Feudo tanquam contractu Jus adcre-  
 scendi non attendatur, dicens ; Eam indifferenter  
 non procedere, sed in Feudis dignitatum & alia-  
 rum rerum Indivisibilium, Jus ad crescendi utique  
 attendi ; Et Jul. Clar. lib. 4. §. Feud. quæst. 77. tan-  
 quam cautelam allegat ita : QVIA TAMEN  
 QVÆSTIO EST NON SINE DIFFICVL-  
 TATE, CONSVLVI, VT IN INVESTITV-  
 RA FEVDI A PRINCIPE FACTA APPON-  
 ANTVR ILLA VERBA : ET CVLIBET  
 EORVM IN SOLIDVM : tunc ENIM PRO-  
 CVL DV BIO VNO DEFICIENTE, AL-  
 TER HABEBIT FEVDVM TOTVM JVRE  
 ADCRESCEendi, QVÆ EST COMMV-  
 NIS OPINIO, NON HABENS CONTRA-  
 DICENTEM. Hinc Klock. P. 2. Cons. 24. §. 7.  
 8.

§ 8. dicit : In Feudis individuis obtinet Jus ad crescendi ; quod & procedit, quando una res ut unum corpus pluribus in Feudum data est : Et in Jurisdictione quæ individua censemur Juri ad crescendi locus est, *Id. ib. §. 9.* Quapropter, etiam si assentiar, omnibus communem esse opinionem dicentibus, quod in contractibus, adeoque & tali confederata societate & contractu Feudali accretio regulariter cesseret, idque lubens concedam in thesi loquendo ; Cum tamen hoc nostro casu patet, voluntatem contrahentium servandam esse pro lege, quamvis nulla lex de jure ad crescendi in contractibus lata sit, prout quoque dicit *Carpov.*  
*P. 3. c. 2. D. 16. §. 9.* Et mens contrahentium jus ad crescendi in contractibus inducere possit, utpote quod, naturæ conventionis non adeo repugnat, *Klock. P. 2. conf. 15. §. 47.* Et sic Contrahentes ratione Ganerbinatus castri & Jurisdictionis, ceu rerum indivisibilium, quæque cuvis in solidum jam competunt, investiti ac recepti Ganerbin. accepisse sub qualitate Individuitatis certum est, ut, quemadmodum socio vivente uterque habet totum jus in tota re communis pro indiviso, ita alterutro deficiente superstes habeat totum jus in tota re solus, proinde cum *Kyll. D. 6. §. 22. § 23. & D. 8. 107. remissive*

missive credo, convasallo, excluso Domino ac-  
crescere.

§. XV. Forma Ganerbinatus est, Confoe-  
deratio, certis legibus adstricta, Germ. Burgfrie-  
de, Kyll. D. 13. §. 3. Cum enim Formæ essentia sit,  
ut unione sui cum materia, det esse rei, ac perfici-  
endo suam materiam in esse specifico, faciat, ut  
hæc res talis sit & non alia; Ita hæc Confoederatio  
certis legibus formata, uniens se cum societate, tan-  
quam sua Materia in qua seu subjecto inhæsionis,  
ita illam informat, ut ex simplici communione fiat  
communio qualificata, transiens in speciem Gan-  
erbinatus, nec ad perfectionem suam quicquam  
amplius præter objectum, finem & proprium su-  
um requirens: Licet enim Rittershus. §. 2. dicat,  
quod tanquam vasalli se in protectionem vicino-  
rum Potentiorum subjecerint, quod & *VVeberne-*  
*rus* sub vocab. *Gant-Erben* c. 2. Nihilominus ta-  
men, cum Ganerbinatus oriatur ex conventione  
contrahentium, & ex eadem omnem suam for-  
mam ac naturam solum capiat, (excepto eo casu  
quo leges aut superiores quid ipsis certi præscri-  
bant, prout in nostro Rom. Imp. Recess. I. zu Aug-  
spurg de A. 1500. sub tit. *Wider der Gant-Erbett*  
*Schloß*, Ganerbii prohibentur, unum ex sociis

in

In pacem publicam quid committentibus, in Gan-  
erbinatum recipere aut tolerare, sub poena fractæ  
pacis publ. Kyll. It. casu quo authoritate Impe-  
ratoria Ganerbiis interdictum est, in Ganerbina-  
tum des Buseckertshals quendam recipere, nisi  
natus esset nobili Parente ad 4. gradum usque, li-  
neæ Ascendentis utriusque. It. Ne quis eorum,  
jure concessio abutatur, sub poena privationis juris  
Ganerbici prout utrumque ex infra allegata con-  
firmatione lit. A. patet.) Contrahentes autem vel  
viribus suis confisi; vel alia de causa, protectioni  
aliorum se tradere nolint, nec ut in protectionem  
aut obligationem Vasalliticam quis se alteri subjic-  
ciat, cogi regulariter queat, credo, Naturam Gan-  
erbinatus, etiam si toties factum sit, perse, nullam  
necessitatem protectionem querendi, inducere,  
&, si vel maxime fieret, naturam tamen Ganerbi-  
natus minime invertere aut per se alterare, cum illa  
qualitas protectionis, ex plurimorum opinione,  
nullam Jurisdictionem aut superioritatem, sed sal-  
va superioris Jurisdictione cæterisque Juribus, so-  
lam tuitionem inferat. Gail. l. 2. obs. 54. §. 1. & seqq.  
Non enim tribuere Jurisdictionem expeditissi-  
mum est Klock. P. 1. cons. 10. §. 260. 262. & cons. 9. §.  
18. nec per id imminui Jurisdictionem dicit M.

F

VVesenb.

*VVesenb. conf. 48. §. 23.* proindeque subditis salvo  
 subjectionis statu & qualitate permisum sit, ut ex  
 jure defensionis protectionem undecunque quæ-  
 rere possint. *Kyll. Disc. 14. §. 14.* remissive. Et  
 quamvis LL. Imperii fundamentalibus, hæc regu-  
 la & generalitas maxima restrictione circumscrip-  
 ta sit, e. g. In casibus ; Ne sub prætextu tutelæ civitas  
 cum civitate, aut persona, cum persona se colli-  
 gent contra constitutiones sacras A. B. tit. 15. *De*  
*conspiratoribus* ; Aut ne Status mediatis potentia-  
 oribus aliis in protectionem tradant *Capitulat. Le-*  
*opold. art. 8.9.* Aut ne in Imperio, subditi, ulli a-  
 lii Statui, Religionis causa, ad protectionem se  
 submittant *Constitut. Relig. Aug. Vindelic. de anno*  
*1555. Soll auch kein Stand.* Nihilominus tamen  
 in Camera Imperiali in causa Maynz contra Er-  
 furth, acriter de eo quidem disputatum, pro re-  
 gula tamen conclusum esse, testatur *Klock. P. I. con-*  
*fil. 10. §. 256.* Cœterum cum hodie adhuc certum  
 sit, quod nullum Jus in clientes pariat advocatia,  
 præter Jus exigendi pecuniam, Germ. *Schutz- oder*  
*Verspruch-Geld*, nec ejus efficacia sit, ut qualita-  
 tem subjectorum inter se, aut juris Imperandi, al-  
 teret, colligo ex hac indole, quod salvis omnibus

Can-

Ganerbinatus requisitis, adesse & abesse protectio possit, nec ad ejus perfectionem requiratur.

XVI. Finis formalis, utpote unde Res mensuram capiunt & actiones distingvuntur, pro ratione conventionis, potest esse multiplex : Cum enim unius actus plures possint esse fines, tam disparati quam subordinati, adeoque, quod solius defensionis & securitatis gratia, omnes Ganerbiniatus initis sint, ex exemplis allegatis à Kyll. *Dissert. I.* & *V.* dubitare quoque liceat ; Dicendum videtur cum *Carpzov. Pr. Cr. P. 1. q. 35. §. 4.* Ganerbinatus castrorum, securitatis gratia initiorum, per excellentiam hoc nomen mereri ; Adeoque principalem, ejus generis Ganerbinatum, Finem, securitatem recognosco. Et cum quivis finis qualis, à philosopho infinitus dicatur, securitatem autem in ejusmodi gradu, sine Defensione mutua, Ganerbii consequi vix possint ; Hinc Defensionem ceu subordinatum ejus Finem, placeat credere, concedens, quemadmodum tam securitas quam Defensio, bonitate sui cognita, moverunt appetitum aut potius voluntatem Ganerbiorum, ad sui ipsius consecutionem ; Ita quodvis aliud Bonum, sub hac specie parilim modo movens, finis

F 2

locum

locum tēnere, eumque vel disparatum, vel ultimum, idque vel principaliter, vel minus esse.

XVII. Effectum potissimum, pro ratione conventionis, dico esse: obligationem inde natam, ad præstandum id, quod in eam vel specialiter est deductum, vel naturaliter præstandum. Cum enim voluntas contrahentium sese determinet, consentiendo in idem certum, ac præfigendo sibi finem, qualificantem Media, per Modum ac Formam, non potest non inde oriri efficax quedam obligatio, in tantum se extendens in quantum finis illud postulat, per vulgatum: *qui vult finem efficaciter, vult etiam media eō ducentia minimum confuse;* Adeoque, si inhæreo Ganerbinatu Castri per Excell. ita dicto, quemvis Partium obligatum esse non solum ad faciendum e. g. defensionem, omniaque alia media, quibus securitas induci potest, sed & ad omittendum omnia, quæ huic fini contrariantur patet; Eadem ratione etiam in aliis Ganerbinatum speciebus, procedendo.

XVIII. Hinc ratione jurisdictionis Ganerbicæ, liceat quærere: An, quemadmodum Ganerbios ea instructos eandem exercere posse in subjectos, nihil dubii est; Etiam Ganerbii in liberos suos

suos habeant Jurisdictionem, ad id ut condemnare possint? Et quidem illud probabile videtur, quod sub patria potestate sint, eorumque actiones ad, & secundum Familiax utilitatem dirigere possint, ( quamvis hanc assertionem in Illustribus dubio non carere dicat *Jos. Nold. de Stat. Nob. cap. 16.*

§. 6. Exemplum tamen in contrarium, in Electore Johanne Friderico, bannito, & restituto, etiam in iuria patriæ potestatis, refert *Klock. P. 1. cons. 7. §. 573.* quippe quod non solum inde, quod potestas patria ad ordinem juris naturalis referatur, c. est ordo 12. c. 33. q. 5. cui omnes omnino homines, quo ad justitiam intrinsecam prælertim, subjecti sunt; sed & ex principio Familiarum, Matrimonio nempe, patet, *Hub. de Jur. Civ. l. 2. c. 2. §. 2.* Quod enim sub patria potestate sint, probatur, quia nati in Familiam transeunt, adeoque natura sociati, jure etiam sociantur, cum omnis Familia Moderatorum ac Imperium prælupponat, quod omni omnino jure, apud maritum & respect Patrem, residet, quia ipse ob præstantiam sexus & mandatum divinum imperat uxori liberisque, & ita toti Familiax, adeoque etiam in potestate detinet; Potestas patria enim est Jus liberis Imperandi ad communem Familiax utilitatem; Et in potestate sunt,

qui ex justis nuptiis nasciuntur l. 3. ff. de his qui sunt  
sui vel. al. Jur. Ex hac potestate autem cum nun-  
quam exierint, nequaquam dubitandum est quia  
remanerint. l. 8. pr. ff. d. tit. An autem vi Jurisdi-  
ctionis, Ganerbii parentes, jus suis dicere possint?  
magis dubium est.

XIX. Et quidem non obstante l. 77. ff. de  
Judic. credendum videtur, Ganerbios, ceu Magi-  
stratum ordinarium, jus, extraneo excipiente, suis  
dicere non posse, per expr. l. 10. ff. de Jurisd. Ne-  
mo enim sibi Judex sit aut Jus dicat l. un. C. ne quis  
in sua causa jud. Pater autem cum filio est una per-  
sona arg. l. 16. ff. de Furt. l. ult. C. de Impub. & al.  
substitut. Et quia propriam causam defendit, qui  
sua interesse dicit l. 2. §. fin. ff. qu. app. sit. Filii au-  
tem causa maxime Patris interest, cum per filii cor-  
pus pater magis periclitari dicatur, quam ipse fi-  
lius. §. 7. f. de nox. a. f. Hinc Patrem ob affectum  
paternum Judicem legitimum non esse, dicit Richt.  
velit. 23. sect. 10. Id quod etiam Jof. Nold. de St.  
Nob. Exempl. docet c. 16. th. 7. §. 35. Ethoc mul-  
to minus in Illustribus, Ducib. Baron. Comit. &  
aliis ejus Generis locum habere statuunt Dd. M.  
Pist. P. 4. qu. 169. Zieg. in aur. prax. Calv. M. Steph.  
de Jurisdic. l. 1. c. 1. n. 73. & seqq. citante Kyll. D. 9.  
§. 6.

§. 6. Ex hac unica ratione, quia sibi in dignitate sunt pares, futuri successores, & vivo Patre quodammodo Domini Bonorum l. 11. ff. de lib. & postb. inst. & consequenter Jurisdictionis, præser-tim hodie, cum Jurisdictiones consuetudine no-toria patrimoniales sint, par autem in parem non habet imperium l. 4. ff. de Recept. & qui arbitr. re-ccep. Carpzov. P. 4. Conf. 43. Def. 11. §. 9. Berl. P. 2. concl. 11. n. 19. Cum enim Filius, pars quodammodo corporis paterni sit l. cum scimus 22. §. 1. C. de agric. & Cens. & mortuo patre, quamvis diver-sa anima & novus homo filius videatur, idem ta-men corpus adhuc adsit, quia quædam portiuncu-la adhuc adest Klock. P. 3. conf. 42. n. 49. Hæc præ-terea qualitas dignitatis illustris, toti Familia tribuatur, daß sie alle die von Stamme geböhren, des H. Reichs Fürsten und Grafen seyn, nec illa qualitas sit, Patrimonii, sed dignitas personæ; Li-berique Principum, Comitum, non minus Im-pe-rii Status sint & nominentur Patribus viventibus, quam defunctis. J. Nold. c. 16. tb. 7. §. 35. Et Filius Regis Rex dicatur, & Imperatoris Augustus & Cæ-sar Jaf. l. in suis ff. de lib. & postb. Hinc patet, Pa-rentes Illustris in Familiam Illustram destitutos es-se Jurisdictione, id quod præterea in Perlonis Ma-jesta-

je staticis ex Originali Iure Imperiorum, deduci potest ; Cum enim Imperia orientur ex eo, quod subditi potestatem in seipso tantum, ratione tam personarum quam Bonorum, & certo modo suos Descendentes transferant, nec nisi in quantum ipsi delatum est, amplius quid Imperans habeat, (licet in Forentes quoque subjectionis habiles, in quantum illi in aliorum Territorii contrahendo, delinquentendo, agendo, &c. spontanee sese submittunt, Jurisdic<sup>t</sup>io exerceri possit) In liberos autem principis ejusmodi potestatem nunquam nec transstulerint, nec potuerint transferre, tum quia Imperio semel translato utpote subditi de ejus persona ac Familia regenda aut subjicienda (nisi LL. Fundament. aliud dicant) non habent quod prescribant, tum quia quivis se ipsum, non vero alterum, tertio subjectum reddere potest. Cum igitur Filius Principis inter subditos referri nequeat, præter Imperantes & subditos autem, tertium ordinem seu Membrum, Respub. non recognoscat, manifestum est, quod inter Imperantes per participacionem, præfertim quoad Dignitatem & ejus annexa, numerandi sint, licet Exercitium Imperii ob Impedimentum extrinsecum suspensum sit. Idque in successivis in quibus expresse simul ejusdem successo-

cessores & Filios sibi præposuerunt, eos subjectorum numero exemerunt, & ita (ut cum Philoso-  
pho loquar) reddiderunt Imperantes in actu pri-  
mo, eo clarius patescit. Ad quæstionem autem,  
qua plerique Dd. restringunt illud assertum ad cau-  
fas pecuniarias, excipiendo criminalia ac poenas, in  
iisdemque ipsis patrum Jurisdictioni subjectos es-  
se asserunt, per l. Cuic. 1. C. ubi senat. vel Clariss.  
In qua, dignitatis ac Fori privilegium, committen-  
do Crimen, amitti dicitur Resp. aliud tamen senti-  
re M. Berlich. concl. 11. §. 21. idque per l. ult. §. pen. C.  
ubi sen. vel clar. l. 1. sub fin. C. ne lic. Potent. Quibus  
addo præter rationes supra adductas, ipsam expres-  
sam pro contraria sententia adductam l. 1. C. ubi  
Sen. & Clar. quia dicitur; Privilegium amittere  
non Illustres sed Clarissimos tantum viros, quales  
e. g. Senatores erant. Briffon, de verb. sign. sub vo-  
cab. Clara &c. Hinc Wilhelmum Nassovium,  
Principem Uraniæ in apologia, Philippum II. Re-  
gem Hispaniæ incusasse, quod unicum tot Regno-  
rum Hæredem Carolum Filium, paucorum Inqui-  
sitorum Judicio capitali submisserit, cum ad Regni  
Ordines spectaret id ipsum, refert Jos. Nold. c. 16.  
ib. 6. §. 35.

XX. Quod denique modos dissolvendi at-  
tinet,

G

tinet, nullum dubium, quin iisdem modis quibus pro ratione Ganerbicæ conventionis, vel collegium, vel societatem repræsentantis, hæ dissolvi possint, & Ganerbinatus quoque disolvatur: Quippe quamvis Ganerbinatus in se consideratus magis vel minus ab alterutrius natura per confœderationem, defensionem, confirmationem &c. prout plus aut minus de alterutro per conventionem participat, recedere soleat; Nihilominus tamen cum hisce qualitatibus (in thes. loquendo) nec novus modus tollendi Societates & communiones inducatur, nec conservus tollatur. Et ex quorum natura potissimum fluit, ex eorum Jure aut Regulis dijudicandus sit Ganerbinatus, prout Kyll. D. 5. §. 10. Hinc interitu castri aut alias districtus, si illius intuitu principaliter initus est, non dubium est quin pereat, etiamsi ut collegium sibi habeant Ganerbii l. 63. §. 10. ff. pro Soc. Non obstante quod etiam collegium in una persona retineri possit, l. 7. §. fin. ff. quod cuj. univers. nom.

XXI. An morte unius pereat? queritur, ratione coeterorum Ganerbinorum adhuc superstitum etiam prouthorum Exempla refert Kyll. D. 11. VVebn. sub vocab. Zwey- oder Drey-Herriche te Herrschafft? Et quidem cum quivis Ganerbi-

natus

natus participet non solum de natura communio-  
nis & societatis, sed & confœderationis, quæ ali-  
quatenus sibi ratione vinculi contrariam naturam  
habent, cum in illa stare invitus propter discordi-  
am negligentiam & inde ortas difficultates, nemo  
teneatur, morteque unius socii utpote cuius perso-  
nam & qualitates ineundo respexit sociorum qui-  
vis, pereat, adeo ut ne quidem pacto Heredes ad  
illam regulariter obligari possint, l. 35. & 59. ff. pro  
soc. confœderatio vero vinculum constans, e. g.  
mutui auxilii gignat ac indissolubilem, alterutro  
conventioni inhärente, invito, reddat. Hinc  
quamvis societas etiam plurium regulariter morte  
unius pereat, nihilominus tamen, cum Ganerbii  
födore quodam uniti sibi invicem sint, aliter inter  
eos conventum esse dici potest. arg. §. 5. Inst. de so-  
ciet. proptereaque non dissolvi appetat.

XXII. Quod ad renunciationem ac dissen-  
sum attinet, quin omnium quorum interest volun-  
tate, possit rursus dissolvi, ex Natura obligationis  
reciprocae extra dubium est. An autem unius vo-  
luntate possit dissolvi? magis dubium est. Pro-  
inde dicendum videtur, quod si maxime de con-  
federatione (prout regulariter fieri debet) parti-  
cipet, tunc, seu personaliter seu realiter pacti sint,

non nisi gravissima de causa, sufficiente ut contra-  
etus Juris Gentium rescindere possit, rescindi quo-  
que posse. Sin autem participaret maxime de so-  
ciate, ita modificata, ut naturam confoederatio-  
nis deminuat, e. gr. si conventum esset tam, quod  
durante Ganerbinatu lucrum & damnum indiffe-  
renter æquale sit, quam quod dissolutio ejusmodi  
dependerer à voluntate socii alterutrius Ganerbii,  
qui tamen socius alterius non est, contingenter au-  
tem quod alter contrahentium, inhabilis ad quæ-  
rendum lucrum quod tamen ex natura Ganerbicæ  
conventionis quærendum quotidie esset, reddere-  
tur; Jamque magno Ganerbinatui lucro impen-  
dente Industria Ganerbii habilis, socius Ganerbii  
inhabilis intenderet lucro percepto Ganerbinatum  
dissolvere, tunc Ganerbium habilem antequam  
adhuc lucrum obvenerit, Ganerbinatui renuncia-  
re posse credo, ex communi doctorum opinione,  
quod de cuius conventionis natura in ejusmodi ca-  
su quam maxime participat, eidem totus contra-  
etus adscribatur *arg. l. 10. ff. d. Statu Hom. Carpz.*  
*P. 2. c. 32. def. 15. D. s.* Licet ejusmodi Ganerbi-  
natum in essentia sua maxime alterari lubens con-  
cedam.

XXIII. Quod prescriptionem attinet, bre-  
viter,

viter, dicendum videtur, quod stante communione, nihil ex illa praescribi possit, per vulgata, sed tunc demum si causa possessionis mutata fuerit, quod cum sola animi destinatione fieri nunquam possit, interveniente contradictione aut alio facto, communionem intervertente fieri necesse est; quo facto accendentibus requisitis coeteris, Ganerbina-tui nihil inest, quod præscriptionem impedit.

XXIV. Si denique ut Vasallos se Domino submiserunt, quin in ordine ad Dominum feudi, eodem modo quo feuda finiri queant, nullum dubium restat, Felonia nempe commissa in Dominum, eaque vel immediate, e. gr. injuriando atrociter ejus personam: vel mediate & hoc se super latu[m] Domini, e. g. Cucurbitando, seu in feudum ipsum, e. gr. Feudum maximopere deteriorando, pariter & alio insigni delicto, præter illa quæ Domini personam Honorem & commodum strin-gunt, e. g. Prodictione Convasalli nefaria aut incestu juris naturæ. *Struv. Synt. J. F. c. 15. aph. 10.*

**Exempla Ganerbinatum, non solum**  
Plebeiorum, sed & Regalium, totorum  
quoque Regnorum Principatuum ac Comi-  
tatum in historiis habentur, quorum Gan-  
erbii

erbii pro qualitate conventionum ac investiturarum partim Status, partim absque qualitate illa, tantum immediati, alii quoque mediati subditi Imperii, tam Equites, quam Pagani sunt. Ex his aliquot quidem, conjecturis tantum, certioribus tamen, in numerum Ganerbinatum relata esse dicit Kyl-ling. cum propria eorum Ganerbinatum Essentia Accidentia & Natura, non nisi ex cuiuslibet investitura, privilegiis & actis explorari possit. Disc. 19. in pr. & §. 39. In quorum Enumeratione Autores me praeentes sequor, dicens cum eodem D. 14. §. 49. Hoc tutius esse, ne Rerum harum peritiores Conjecturas tantum nostras rideant. Et quidem

1. Pars Regni Neapolitani, cuius Ganerbius Regem Galliæ & Hispaniæ fuisse non absconum dictu scribit Matth. de Afflict. decif. 403. n. 1. & seqq.

2. Arx Rottenbergensis, prope Norimbergam, olim VVildensteiniis, post Coronæ Bohem. tandem Ele&t. Palat. Feudum Imperii. Cujus Ganerbiis sunt plures quam 70. Nobiles, habentes Burggravium Judicem. Conr. Rittersh. part. Feud. l. 1. c. 17. §. 22. quorum primus Burggravius ele-

ctus

Etus è nobili Familia von Seckendorff. Kyll. Disc.

14. §. 37.

*bonum* 3. Arx Friburgum seu ut alii Friedburgum in VVetteravia, tribus Milliaribus Francofurto versus Hassiam, cum comitatu Raichen, it. non longe ab illa dissitum Castrum Gelnhausen seu Gailhausen Kyll. D. 19. §. 3. & 31. Quorum Ganerbios Burg-Männer, ceu Equites horum Castorum, una cum aliis in Hegavia, der Ritterschafft und Gesellschaft St. Georgen Schild in Hegau, priori Seculo Status Imperii fuisse refert Limn. de f. P. l. 6. c. 2. n. 32. testante Carpz. ad L. R. c. 3. f. 12. §. 3. Præterea Fridburg. Feudum Imp. esse, multis dotatum Privilegiis, præsertim in eliendo suum Burggravium Conr. Rittershus. Part. F. l. 1. c. 17. §. 28. Licet de hoc ipso Castro Fridb. an Ganerbinatum ex numero sit, dubitet Kyll. D. 14. §. 40.

4. Arx Salzburg ad Salam in Franconia Orientali, hodie adhuc Domus Ganerbica, similiiter habens suum Burggravium & Regalia, ait C. Ritt. ib. §. 29. De qua arce tamen Kyll. testatur, se nec vidisse qui hoc Nomen in Franconia Orientali audiverit, nec se nosse ullum locum hujus Nominis præter sedem Archi-Episcopalem Salisburgensis

gensis Diceceles in Circulo Bavarico D. 14.  
§. 41.

5. Arx Celebris ob Jus Ganerbinatus quod  
habet Reiffenberga, seu aliis Reiffenbergensis, in-  
fra Francofurtum sita *Conr. Rittersh.* quæ arx Gan-  
erbiis tantum unius Familiae Nobilium à Thun-  
gent dictæ, dicata est *Kyll. d. 14. §. 47.*

6. Arces *Cunneutt und Mülhause*n, Te-  
stamento Ganerbinatus factæ sunt à Nobili sine li-  
beris deceedente ab Egloßstein, Exque Ganerbiis  
unius & hujus tantum Familiae dicatae, vocantur  
que ab origine à subditis das Testament. *Kyll. d.*  
*15. §. 84.*

7. Arx & Baronatus integer Pappenheim,  
cum suis pertinentiis, cuius Ganerbi Mareschallii  
Hereditarii Imperii, die Erb-Marschallen von  
Pappenheim, Herren zu Pappenheim. *Kyll. D.*  
*16. §. 25.*

8. Castrum Reineck, quorum Ganerbio-  
rum præfectum, inter 4. Imperii Burggravios Illu-  
striores refert *Mattb. Steph. de Jurisd. l. 2. P. 1. c. 4.*  
*& Gylmann. tom. 3. Decis.* in verbis citatis, ibi;  
Gan-Erben und Bau-Meister zu Reineck.

9. Arx Binnitheim in der Zabergow. *Crus.*  
*in lib. Paralip. annal. Svecic. c. 10.* Cuius confo-  
deratio.

derationem seu **Burg-Frieden**, verbotenus v. ap.  
Kyll. D. 19. & ult. sub *Numero Pactorum V.* p. 257.

10. Arx **Stadtil** in **VVetteravia**, cuius Gan-  
erbii sunt Comites ab **Wsenburg**, **Bubtingen**, &  
Nobiles nonnulli diversarum Familiarum à **Stock-**  
**heim**, **Weiß**, **Carben**, **Löw**, **Düdelshaim**, **Clee**,  
**Büches** und **Ursel** Abrab. *Saur. in Theatr. Urbium*  
pag. 314. quorum Ganerbiorum confederat. seu  
**Burg-Frieden**, v. ap. Kyll. D. 19. n. 6. it. n. 7. sub  
tit. Extract aus **Kirchbergischer Requisition-**  
**Schrift**, de dato 16. Sept. 1611. quo Discursu 19. et-  
iam plures aliorum Ganerbiorum confederatio-  
nes refert verbotenus *Idem Kylling*.

11. Castra quædam limitanea Imperii, evi-  
dentem cum Ganerbinatis similitudinem ha-  
bentia, assignata olim Militibus & Hæredibus eo-  
rum, sub hac qualitate, ut colerent fructus percip-  
erent, & eventualiter militarent, repellendo Ho-  
stes de finibus, multis insuper privilegiis dotata  
Kyll. D. 18. §. 7. & seqq.

12. Olim **Schwanberg** in Franconia am  
**Steigerwald**, prope **Tschöven** & **Ritzingen** Gan-  
erbinatus fuit, hodie est Episcopatus Herbipol.  
*Vvbn. sub vocab. Gall-Erben* §. 3.

13. Oppida quædam : ut, **Creutzena-**  
**H** **chum**

chum ad Rhenum situm, Con-Dominium habens  
Electorem Palatinum & Marchionem Badensem  
*Kyll. D. 1. §. 53. & VVebr. sub voc. Gall-Erben §. 4.*

14. Opp. Gröningen, non procul à Kirchberg oder Reylsheim in Marchionatu Brandenb.  
versus Noricum. *Gylmann. in symphor. tom. 4. P. 2. Supplie. n. 3. Kyll. 1. §. 54.*

15. Olim Schmalkaldia, quod dum vive-  
rent Comites Principes Hennebergenses, ex parte  
dimidia ad ipsos, ex altera ad Landgravios Hassiae  
pertinuit: Quo tamen Landgravius hodie solus  
potitur. *Kyll. D. 1. §. 55. VVebr. sub vocab. Gan-  
erb. §. 5.*

16. Elsberg, cuius mentionem facit Gyl-  
mann, teste *VVebr. ib. §. 8.*

17. Pagis Traßstadt, in Franconia Römm-  
hild gelegen, in quo tamen Jurisdicō tantum Gan-  
erbica videtur, quorum Ganerbios ab ann. 1524.  
successive refert *VVebr. observ. pr. sub voc. Gall-  
Erben cap. 2. in fine.* Interque eos, Episcopum  
VVürzburgensem, Principem Comitem Henne-  
bergiae, & alios.

18. Districtus quidam in Hassia, dictus das-  
Buseckerthal, cum duobus Pagis ibidem munitis,  
cuius Ganerbios ex aliis, Nobiles Imperii fuisse im-  
media-

mediatos von Buseck und Trohett, patet ex se-  
quenti Confirmatione Cælarea lit. A.

19. Prædia denique ut & Domos tandem  
Ganerbinatibus annumerari posse patet ex Refor-  
matione Civit. Francof. P. 2. tit. 5. §. 1. & 2. Wäre  
es, daß viele eine Behausung, oder an einander  
liegendes Gnt, mit einander als Gan-Erben in  
Gemeinschafft, hätten, Kyll. Disc. 1. §. 43.



Lit. A.

Confirmatio Cæsarea Ganerbinatus  
in Hassia siti, nominati das Buseckerthal.

**W**ir Friedrich von Gottes Gnaden, Rö-  
mischer Keyser ic. bekennen öffentlich  
mit diesem Brieff. Wiewohl wir aus  
Röm. Kaysерl. Würdigkeit und angebohrner  
Güte allezeit geneigt seyn, aller unser und des  
Heil. Reichs Unterthanen Bestes zu fördern, so  
ist doch unser Kaysерlich Gemüthe mehr begierig,  
gegen denen die uns und dem Heil. Reich ohne  
Mittel unterworfen seyn, und allezeit in gehor-  
samster Dienstbarkeit sich unverdrossen erzeigen,

H 2

Sie

Sie bey ihren Genaden, Freyheiten und guten  
Gewohnheiten zu behalten. Wann Uns  
nun unser und des Reichs Liebe - Getrennen,  
die Gan-Erben derer Geschlechte von  
Buseck und von Trohe im Busecker-  
thal, so uns und dem Heil. Reich ohne  
Mittel zugehören, durch ihre treffentliche  
Botschafft themuthiglich haben anrufen und  
bitten lassen, daß wir alle und jegliche Ihre Gna-  
den, Freyheiten, Briefe und Privilegia, Ver-  
schreibung, Recht, Burg-Tried, Ordnung, Sa-  
zungen, alt-Herkommen und gute Gewohnheit, so  
sie von unsern Vorfahren, uns und dem heiligen  
Reich loblich erworben, auch Sie selbst unter-  
einander fürgenommen, gewillt führet, gelobet,  
geschwöhren und redlichen herbracht haben, als  
Römischer Kayser, zu confirmiren und besteti-  
gen, gnädiglich geruheten, daß haben wir angese-  
hen Ihre demuthige ziemliche Bitte, auch die ge-  
treue und angenehme Dienste, so Sie Uns und  
dem heiligen Reich oft williglich gethan haben,  
auch firan in künftiger Zeit wohl thun mögen.  
**Und haben darum mit wohlbedachten**  
**Muth,**

Muth, guten Rath und rechten Wissen, all und jegliche obgemeldt ihre Gnaden, Freyheiten, Brief, Privilegia, Verschreibungen, Recht, Burg-Frieden, Ordnungen, Sazungen, alt Herkommen und gute Gewohnheiten, so sie von Unsern Vorfahren, Uns und dem heiligen Reich erworben, auch selbsten unter einander vorgenommen und redlich herbracht haben, in allen und jeglichen Worten, in aller Maß, als ob sie von Wort zu Wort hierinnen geschrieben stünden, als Röm. Kaiser gnädiglich confirmiret. Confirmiren und bestetigen Ihnen die, aus Röm. Kaiserl. Macht Vollkommenheit, wissenschaftlich, in Krafft dieses Brieffs ordnen von derselben unser Kaiserl. Voll-

H 3 kom-

Kommenheit, daß Sie fortan zu ewigen Zeiten kräftig seyn sollen; und sie sich derer an allen Enden, in und ausser Gerichts gebrauchen bedienen und geniesen sollen, daß auch die 4. Gefohrene aus ihnen, so iro seyn oder hernachmals gesetzt werden, daselbst im Bussekerthal zu handeln, zu gebieten und verbieten, auch zu setzen und zu entsetzen, wie von Alters herkommen ist, von allermöglich ungehindert Macht haben sollen. Es sol auch füran, zu allen ewigen Zeiten keiner zu Gan-Erben daselbst aufgenommen noch empfangen werden, Er sey dann von seinen vier Ahnen Edel zum Schild gebohren; Und ob einer aus Ihnen in Ihren Geboten und Verboten ungehorsam seyn würde, der soll sein Recht am Bussekerthal verloren haben. Wir wollen auch daß diese Gan-Erbemit dem Bussekerthal von uns und dem heil. Reich nicht geschieden, sondern

sondern allwege darben bleiben sollen, und daß  
 mit Sie Unrecht und Beschädigung desto daß  
 verhüten mögen, so haben Wir alle Beschwe-  
 rungen, so ohne Unser Erlauben daselbst im Bus-  
 eckerthal vorgenommen seyn, gänzlich abgethan,  
 Ihnen auch erlaubet, daß Sie in dem  
 ob gemeldten Buseckerthal zwey  
 Dorff, welche sie füglich darzu beden-  
 cken, einfassen, und die mit Graben,  
 Zeunen, Wallwerken und andern  
 nothdürftigen Wehren befestigen  
 mögen, alles von Röm. Kaysarl. Ma-  
 jestät Vollkommenheit und rechten  
 Wissen. Gebiethen dennach allen so unmit-  
 tel- als mittelbahren Ständen und Untertha-  
 nen, nicht zu gestatten, daß Sie in einige Weise  
 darinnen beleidigt werden, bey Unser und des  
 Reichs schweren Ungnade und Verbüßung einer  
 Poen, nemlich 50. March lötiges Goldes, die  
 von einem jeglichen so oft er darwider handelt,  
 halb in unser Kaysarl. Cammer, und die andere  
 Helfste, denen oft gedachten Gan-Erben und Ih-  
 ren

ren Nachkommen gezahlet werden sollen ic. Uhr-  
kundlich ic. Geben Wien am sechzehenden Tage  
des Monats Maii 1478.

Duo Testimonia Nativitatis legit-  
mæ Nobilium quorundam à Buseck ad Gan-  
erbinatum des Buseckerthals.

Lit. B.

**M**ir hiernach benennte Ich W. Chr. v. Buseck, J. H. Rath und Ober-Kriegs-Commissarius, Vierer und Gan-Erbe des Buseckerthals: Und ich J. J. P. von Buseck, genannt Munich, bestellter Lieutenant und Mit-Gan-Erbe des Buseckerthals, bekennen hiermit: Als wir ersucht worden, denen Hoch-Edelgebohrnen, Gestrengen Hrn. P. A. und V. L. Gebrüdern von Buseck M. M. seel. hinterlassenen Söhnen, welchen auf heut zu Ende gesetzten Dato, auf vorgangenes Ansuchen, ein Tag zur Annahmung in die Ganerbschafft des Buseckerthals ernennet, Zeugniß zu geben, daß sie auf Seiten Ihres Vaters Edel von Ehren, von ihren vier Ahnen

Ahnen zum Helm und Schild gebohren; Daß  
darauf wir, bey denen Eyden und Pflichten dar-  
mit unsern Lehnherren wir verwandt, ausgesagt.  
Und bezeugen hiermit, daß uns nicht  
anders wissend, als daß sie, P. A. und  
V. L. auf Seiten ihres Vaters, sel.  
Edel von Ehren, von ihren vier Ah-  
nen zum Helm und Schild gebohren;  
Und weil obige zween Gebrüdere P. A. und V.  
L. ihr behöriges männliches Alter erreicht, seynd  
ihnen hierbei die alte und neue Burg-Frieden,  
samt Kaiserl. Confirmatione Privilegiorum  
vorgelesen, darauff Sie solchen in allen Puncten  
treulich nach zu leben, einen leiblichen Eyd zu  
Gott geschworen, und alles andere dem Her-  
kommen gemäß prästiret haben. Uhrkundlich  
haben wir dieses mit unserer Unterschrift und  
Adelichen angebohrnen Ring-Pitschafften be-  
kräftiget. Geschehen zu Grossenbuseck Don-  
nerstages den 19. Febr. Anno 1680.

(L.S.) Wilhelm Christoph von Buseck.  
(L.S.) Joh. Friedrich von Buseck gen. Münch.

I

Lit.

\* ) 66 ( \*

## Lit. C.

### Repetitis Formalibus.

**I**ch L. v. Rolshausen, und Ich L. E. von  
Todenhausen zu Daubringen, bekennen  
hiermit, Dass Sie P. A. und M. L. Gebrüdere  
von Busack auf Seiten Ihrer Mutter Edel von  
Chren, von Ihren vier Ahnen zum Helm und  
Schild gehohren seynd sc. Geschehen zu Gross-  
senbusack Donnerstags den 19. Febr. Anno 1680.

(L.S.) Caspar von Rolshausen.

(L.S.) Conrad Ebert von Todenhausen,  
zu Daubringen.

### Nobilissime Doctorande!

**S**ic ad æternæ famæ templum cum faustis accla-  
mantium votis properas; scilicet bona mens,  
dux & imperatrix vitæ mortalium, eruditionis li-  
terarumque splendorem fulcit quam optime, nec  
sufficit nitentiore latu langvinis esse procreatum,  
plus lucis studiis profecta portat secum gloria.  
Macte ergo, VIR AMICISSIME, qui pro vir-  
tute

\* ) 67 ( \*

tute tantum sudasti, quantum ad dignitates con-  
sequendas pertinet, in posterum vestigia beati Pa-  
rentis premas, gloriosa vocis munimine tuearis  
clientes, pientissimae Matri plurima concilies gau-  
dia, & laudabiliter de Patria merearis, ut super  
benigna sorte Divinaque benedictione jubiles;  
id quod voveo serioque exopto! Vale. Dabam  
Jenæ d. XX. Julii 1689.

T.

PETRVS MÜLLERVVS, D.

SOLI DEO GLORIA.



perquisitio postea per seculigineum inquit. Ave. Quidam  
intrauit in domum eius. Et dicit ei dominus. Tunc  
dico tibi. Quoniam tu es homo. Non eris. Et dicit  
eius. Domine. Quid est hoc? Tunc dicit ei dominus.  
Quoniam tu es homo. Non eris. Et dicit eius. Domine.  
Quid est hoc? Tunc dicit ei dominus. Quoniam tu es  
homo. Non eris. Et dicit eius. Domine. Quid est  
hoc? Tunc dicit ei dominus. Quoniam tu es homo.  
Non eris. Et dicit eius. Domine. Quid est hoc?  
Tunc dicit ei dominus. Quoniam tu es homo. Non  
eris. Et dicit eius. Domine. Quid est hoc? Tunc  
dicit ei dominus. Quoniam tu es homo. Non  
eris. Et dicit eius. Domine. Quid est hoc?  
Tunc dicit ei dominus. Quoniam tu es homo. Non  
eris. Et dicit eius. Domine. Quid est hoc? Tunc  
dicit ei dominus. Quoniam tu es homo. Non  
eris. Et dicit eius. Domine. Quid est hoc?  
Tunc dicit ei dominus. Quoniam tu es homo. Non  
eris. Et dicit eius. Domine. Quid est hoc? Tunc  
dicit ei dominus. Quoniam tu es homo. Non  
eris. Et dicit eius. Domine. Quid est hoc?

## ПЕТРУС МИЛЛЕС

2071 DEO CERORIA



Jena, Diss; 1689 A-M


f




Sb.

V017







10  
23

DISSERTATIO IN AVGVRALIS  
DE  
**GANERBINATIBVS,**  
VVLGO:  
*Son San - Erbschäfsten,*  
1689, 7 b  
QVAM  
SVB PRAESIDIO  
**DN. NIC. CHRISTOPHORI**  
**LYNCKERI,**  
ICTI IENENSIS CONSVMMATISSIMI,  
NEC NON POSTEA S. R. I. EQVITIS, ET S. C. MAEST.  
A CONSILIIS IN AVLA IMPERIALI,  
DIE XXVI. AVGVSTI ANNO CIC ID C LXXXIX.  
PRO LICENTIA  
SVMMOS IN VTROQUE IVRE HONORES DOCTORALIA  
MORE MAIORVM CAPESSENDI,  
PVBLICAE SVBMISIT DIS QVISITIONI  
**ERHARDVS WILHELMVS Himmel,**  
IENENSIS.



EDITIO III.

IENAE,  
LITTERIS IO. BERNH. HELLERI, 1747.